



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXVI. Quomodo fieri debeant citationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

362 GREGORIVS CONCILIVM FRIDERICVS II. IMP.  
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIE.

sigillum authenticum de facili nequiuenter consti-  
tuens inuenire.

X X V I.

Tanto calliditatis studio persequuntur alterum  
trum se litigantes, ut in supplantationem alterius,  
calcato iustitiae cultu, alter faciat quidquid possit.  
Denique a multis accepimus, quod citatorias literas  
impetrantes, eas ad locum, ubi morari dicitur  
qui citatur, per tres destinant garciones, quas super  
altare loci eiusdem ecclesiae, vel ibidem in alio loco,  
duo ponunt, & tertius rapit statim. Ex quo fit ut  
duobus testificantibus postmodum, quod illum ci-  
tauerint, iuxta morem sententiae & regionis con-  
suetudinem excommunicatur, vel suspenditur  
contumax, qui contumaciæ prorsus, vtpote cita-  
tionis, expers erat. Hunc itaque abusum tam de-  
testabilem, & alias similes, zelo iustitiae prosequen-  
tes, statuimus ut per impetrantes, vel eorum nuntios,  
in causis ecclesiasticis regni Angliæ, literæ ci-  
tatoriæ de cetero non mittantur, sed iudex mode-  
ratis sumptibus impetrantis, per suum fidelem nun-  
tium eas mittat, qui vocandum diligenter perqui-  
rat: quem si reperire non poterit, die dominico,  
vel in alio die solenni, in ecclesia loci illius in quo  
degere consuevit, dum Missa cantatur, publice le-  
gi literas faciat & exponi, vel faltem ad decanum,  
in cuius decanatu moratur qui vocandus est, cita-  
tio dirigatur, qui a iudice missus fideliter hæc pro-  
sequatur per se aut per certos suos nuntios & fide-  
les, quodque inde fecerint eidem rescribere iudi-  
ci non omittat.